

pars Evangelij pertinet ad genus delibera-
tivum. In alterâ verò parte contine-
tur insigne Christi cum discipulis collo-
quium, quod quidem ad nullum causæ
genus referri potest, attamen doctrinæ
& consolationis plenissimum.

De utraq; itaq; parte dicam.

D E P R I M O.

I. Consideranda est propositio Christi
adhortatoria: *Petite,*

II. Argumenta confirmatoria, quorum
primum ab utili sumtum propositionem
antecedit, illustratum dupli- juramen-
to Christi. Felices autem, quorum cau-
ſa Deus jurat, &c. inquit Tertullianus.
Profertur autem hoc argumentum ver-
bis emphaticis: *Quicquid petieritis Pa-
trem in nomine meo, &c.*

V S V S.

Notetur ars orandi: Invocandus est
solus Deus, non idola, nec defuncti,
Abraham enim nescit nos, &c. Voca- ψ 115.
bulo Patris, non tantum intelligit Pa- Esai:64.
trem cælestem, sed omnes tres Personas
divinitatis: quia paternè erga nos sunt
affectiones. Orandum autem est lætâ fiducia
meriti Christi: Respice nos Domine Dan: 9.
propter Dominum, & omne id quo indi-

L ; genus